

MINISTERO DELLA PUBBLICA ISTRUZIONE

# INDICI E CATALOGHI

XX

## Catalogo di Manoscritti Greci

ESISTENTI NELLE

BIBLIOTECHE ITALIANE

VOL. I

A CURA DI

ELPIDIO MIONI



ISTITUTO POLIGRAFICO DELLO STATO  
LIBRERIA DELLO STATO

SE  
VILE

περὶ φαρμάκων σκευασίας τοῦ ἀπτοναρίου. Unumquemque librum, praeter extremum, index capitum praecedit. Codicem descripsit et lectionum specimen protulit A. E. TEZA, *Intorno ad un codice greco che contiene opere di Giovanni Attuario*, in «Bollettino del Museo Civico di Padova», VI (1903), nn. 9-10; qui etiam caput unum nondum typis editum publici iuris fecit in «Atti dello R. Istituto Veneto di Lettere, Scienze ed Arti», LXIII (1903), pp. 299-317. Sub titulo: *De Diagnosi* librum primum, in duas partes divisum, ed. J. L. IDELER, op. laud., II, pp. 353-463; reliqui libri tantum in translatione latina, cfr. G. SARTON, *Introduction to the History of Science*, vol. III, Baltimore 1947, pp. 889-892.

## PADOVA

### BIBLIOTECA DEL SEMINARIO VESCOVILE

Codices graecos huius bibliothecae recensuit A. MANCINI, *Codices graeci Patavini*, in «Studi Italiani di Filologia Classica», V (1927), pp. 158-161. Omisit tamen codd. 194, 309, 607.

## 132. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 20.

Membr., saec. XIV-XVI, mm. 287 × 185, ff. 207 n. n., lineis plenis 19.

Optimus codex latinus, sed graecum τὸ κείμενον, quod multis mendis scatet, saec. XVI adscribendum est. Fasciculos 26 non subputatos retinet, omnes quaterniones, si extremum septem foliorum excipias. Ff. 1<sup>r</sup> et 42<sup>v</sup> litterae initiales maximi moduli, quae fere integram paginam occupant, satis eleganter depictae variis coloribus micant: ceterae litterae initiales semper desunt, quas librarius rubricatori pingendas reliquerat. Litterae maiores et nonnulla ornamenta rubro colore exarata.

Tegumenti tabulae simplici membrana obductae.

Cfr. A. MANCINI, p. 158.

**PAULUS APOSTOLUS:** Epistolae in translatione latina vulgata, cui graecum κείμενον inter lineas additur. Inc. Παῦλος δοῦλος κλητὸς ἀπόστολος ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ προεπιστείλατο, expl. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας· ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν. Πρὸς ἐβρῆ (sic) ἐγράφη ἀπὸ Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου, τῷ θεῷ χάρις. ἀμήν.

## 133. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 40.

Chart., saec. XV (a. 1467), mm. 284 × 200, ff. 120, lineis plenis 30.

Nitidissime exaratus fasciculos 16 exhibet, non una serie subputatos (α'-β'. α'-δ. α'-ε'. α'-ε'), plerumque quaterniones, si 6 binionem et duo extremos terniones excipias. Unum folium membranaceum custodiae causa initio et in fine additum. Litterae maiores et maximae, inscriptiones, ornamenta titulis imposita rubro colore descripta. Officinarum chartariorum signum unum saepissime invenitur: basiliscus (fere ut BRIQUET nn. 2672-2673). Ff. 119-120<sup>v</sup> vacant.

F. 118<sup>v</sup> librarius subscripsit: Ἐτελειώθη ἡ παρούσα γραμματικὴ διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου ἱερέως ῥόσου τοῦ κρητὸς ἀνξζ' φεβρουαρίου α' (cfr. VOGEL-GARDT-HAUSEN, *Die griech. Schreiber* ..., pp. 187-193). In operculo posteriore interno possessoris saec. XVI nomen occurrit: Λαυρεντίου τοῦ λαυρετιάνου ἔστι τὸ βιβλίον. Liber postea fuit in Bibliotheca I. Ph. Tomasini in S. Maria «in Vantio vel Avantio», nam possessor ipse scripsit: «Theodori Gazae Grammaticam graeco sermone scitissime scriptam, cuius est initium Θεοδώρου γραμματικῆς εἰσαγωγή (Bibliothecae Patavinae manuscriptorum publicae et privatae, studio et opere I. Ph. TOMASINI, Utini 1639, p. 129).

Cfr. A. MANCINI, p. 159.

**THEODORUS GAZES, Grammaticae introductio, lib. I-IV.**

Inscr. Θεοδώρου γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ πρῶτον, (f. 1) lib. I inc. Τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι γραμμάτων, (f. 17) lib. II, (f. 45) lib. III, (f. 85) lib. IV, expl. μέθοδον λέγωμεν (cfr. ed. Florentinam per haeredes Phil. Juntae a. 1526; de opere eiusque aliis editoribus v. quoque L. MOHLER, in «Byz. Zeitschrift», 42 [1942], p. 63).

## 134. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 137.

Chart., saec. XV-XVI, mm. 240 × 166, ff. III, 354 n. n., lineis plenis 18.

Ab uno eodemque librario satis diligenter exaratus fasciculos 45 retinet (7. 14. 34 terniones, ceteros quaterniones), quorum nulla nota conspicitur, sed

in calce postremae paginae uniuscuiusque fasciculi initium sequentis paginae inscriptum est. Custodiae causa bifolium praecedit. Officinarum chartariorum signum unum et idem: circulus transverse sectus cum desuper cruce (fere ut BRIQUET n. 3039). Tituli et litterae maiores rubro pallescente colore exarata. Ff. IV-III vacant.

F. I possessoris nomen: *Io. Angelus Augustanus de Robino*.

Simplici membrana compactus.

Cfr. A. MANCINI, p. 159.

**LIBANIUS**, Epistolae CCCCLXXXIV, quarum recensio vel in inscriptionibus vel in conclusionibus, quantum vidi, semper cum codice Marc. gr. 441 optime congruit (cfr. *Libanii Opera*, IX, ed. R. FOERSTER, Lipsiae 1927, p. 93 sub n. 50). Hoc ordine succedunt: Foerster 222. 221. 211. 212. 214. 215. 216. 224. 227. 229. 235. 237. 238. 240. 242. 244. 252. 256. 259. 260. 261. 267. 268. 269. 280. 313. 334. 342. 343. 11. 364. 371. 377. 385. 381. 391. 394. 395. 396. 397. 398. 400. 406. 500. 509. 510. 522. 523 (a priore non divisa). 516. 525. 526. 527. 536. 538. 552. 553. 547. 236. 207. 8. 5. 9. 11. 12. 13. 20. 22. 23. 24. 27. 28. 32. 35. 36. 37. 39. 43. 44. 61. 62. 66. 68. 69. 70. 72. 73. 75. 82. 83. 84. 85. 95. 96. 101. 102. 103. 105. 107. 108. 112. 114. 119. 122. 125. 132. 137. 143. 153. 154. 155. 157. 183. 184. 191. 195. 197. 198. 199. 203. 223. 1045. 1152. 1154. 1160. 1136. 1137. 1138. 1141. 1142. 1145. 1148. 1149. 1150. 50. 51. 63. 71. 74. 77. 89. 91. 133. 158. 159. 163. 375. 376. 351. 355. 808. 666. 80. 1398. 226. 81. 1236. 1238. 575. 1395. 62. 483. 491. 499. 497. 535. 512. 515. 1155. 1218. 1304. 1220. 754. 965. 780. 175. 382. 413. 387. 372. 420. 422. 425. 455. 424. 341. 436. 453. 460. 465. 468. 386. 347. 319. 408. 429. 428. 390. 33. 30. 857. 333. 19. 331. 352. 358. 365. 366. 361. 49. 636. 369. 25. 388. 26. 282. 1347. 815. 123. 42. 360. 327. 383. 384. 389. 367. 348. 339. 311. 423. 314. 362. 363. 336. 379. 380. 316. 345. 431. 325. 332. 312. 349. 354. 315. 317. 318. 404. 359. 21. 44. 58. 48. 52. 54. 374. 330. 405. 441. 409. 435. 411. 440. 442. 410. 399. 432. 320. 329. 337. 357. 356. 323. 393. 750. 253. 1163. 1237. 684. 685. 682. 673. 690. 635. 1131. 1133. 617. 197. 1058. 872. 1041. 711. 746. 757. 693. 699. 700. 797. 923. 1039. 969. 838. 844. 511. 1. 847. 851. 901. 892. 109. 121. 127. 136. 137. 143. 131. 150. 167. 173. 182. 192. 210. 239. 245. 247. 248. 255. 298. 299. 301. 1330. 1257. 1340. 1288. 323. 947. 956. 957. 1231. 1233. 1232. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1153. 1173. 1168. 1170. 1147. 1195. 1203. 964. 972. 1016. 1048. 1080. 1081. 1010. 1006. 1004. 995. 962. 945. 911. 909. 907. 809. 810. 804. 802. 796. 763. 715. 736. 735. 732. 731. 694. 663. 659. 650. 639.

571. 561. 558. 231. 503. 368. 283. 274. 128. 97. 98. 86. 65. 38. 1110. 999. 1026. 1063. 1064. 578. 442. 476. 473. 481. 493. 495. 1119. 1120. 1127. 1130. 1154. 1184. 1157. 1189. 1185. 1196. 1197. 1200. 1224. 1259. 1260. 1261. 1266. 1274. 1283. 1342. 1350. 1351. 1361. 1383. 1397. 1408. 1411. 1414. 1419. 1424. 1425. 1428. 1429. 1430. 1431. 641. 1435. 1436. 1438. 1439. 1441. 1443. 1458. 1466. 1473. 1483. 1487. 1488. 1508. 1517. 1518. 1524. 1384. 1527. 1533. 1536. 1540. 620. 839. 768. 842. 773. 696. 741. 819. 300. 1381. 1177. 529. 1240. 818. 1280. 1293. 1209. 651.

**135. PATAVINUS**, Bibl. Seminarii, 138.

Chart., saec. XV, mm. 212 × 144, ff. 167, lineis plenis 9.

Fasciculi 21, in margine inferiore primae uniuscuiusque paginae litteris graecis α-κα subputati, sunt omnes quaterniones, si excipias primum binionem et extremum quinionem, cui folium singulum in fine additum est. Codex, iudice Turyn infra laudando, ab Johanne (Acciaiuoli) Coronaeo in Messenia exaratus videtur (cfr. VOGEL-GARDTHAUSEN, *Die griech. Schreiber* ..., p. 212). Litterae grandiores, ornamenta, tituli, interpretationes inter lineas, personarum nomina marginibus adpicta subrubro colore distinguuntur. Officinarum chartariorum signum unum saepissime occurrit: trutina in circulo inscripta cui crux imminet (fere ut BRIQUET n. 2450).

In custodia anteriore interna legimus: *Permutatione acquisivi die 28 Mens. Mart. Ann. 1729*. Sed anno 1639 hunc librum, ut videtur, Tomasinus inspexit apud Nicolaum Trevisanum medicum, cuius ad bibliothecam e scriniis Matthaei Macigni Ruperti pervenisse Tomasinus ipse auctor est (cfr. *Bibliothecae Patavinae manuscriptorum publicae et privatae*, studio et opera I. PH. TOMASINI, Utini 1639, p. 115).

Integumenti tabulae lignae, fere eiusdem codicis aetatis, corio obrutae. Cfr. A. MANCINI, p. 160.

**EURIPIDES**, Tragoediae duae (cfr. A. TURYN, *The byz. manuscript tradition of the tragedies of Euripides*, Urbana 1957, pp. 214-215), praevia (f. 1) poetae vita *Ἐὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ πατρὶς* (*Scholia in Euripidem*, ed. E. SCHWARTZ, Berolini 1887, pp. 7-8):

- (ff. 3-73<sup>v</sup>) *Hecuba*, glossematis et scholiis multis illustrata. Praecedunt (ff. 1<sup>v</sup>-2<sup>v</sup>) argumentum *Μετὰ τὴν Τρωϊκῆς ἄλωσιν* (NAUCK<sup>3</sup>, I, pp. 137-138) et index personarum.
- (ff. 75<sup>v</sup>-167) *Orestes* cum scholiis et glossis, praeviis (ff. 74-75) argumento *Ἐρέστης τὸν φόνον τοῦ πατρὸς* (NAUCK<sup>3</sup>, II, pp. 243-244) et personarum indice.

**136. PATAVINUS**, Bibl. Seminarii, 139 (olim a 5).

Chart., saec. XV-XVI, mm. 222 × 162, ff. 28.

Fasciculi, nullo modo subputati, hoc ordine succedunt: primus novem foliorum, alter quinque, postea bifolium, binio, ternio, bifolium. Quattuor, ut videntur,

manus exaraverunt, quarum prima saec. XV scripsit ff. 1-10, 12-14; altera recentior (saec. XVI) f. 11; tertia saec. XVI ff. 15-26; quarta eiusdem fere aetatis ff. 27-28; f. 11 autem ab alio codice insertum est. Tituli nonnulli vel quaedam litterae maiores rubro colore describuntur. Officinarum chartariorum insignia: (ff. 4-7) trutina in circulo inscripta cum desuper stella (parum discrepat a BRIQUET n. 2512); (ff. 11-12) galerus praelaticius (fere ut BRIQUET n. 3404); (ff. 19-20) trimontium cui crux imminet (proxime adcredit ad n. 11717 apud BRIQUET). Ff. 14<sup>v</sup>. 26. 28<sup>v</sup> vacant.

Membrana compactus est.

Cfr. A. MANCINI, pp. 160-161.

- I. Graecae grammaticae elementa, latine scripta, in duas partes divisa: <sup>1</sup>(f.1) De formatione temporum. Inc. *Omne verbum aut in ω desinit et id quidem si gravem habet accentum βαρότονον appellatur, ut τέπτω;* <sup>2</sup>(f.4) De spiritibus, inc. *πνεύματα graece, latine spiritus, duo sunt ἢ δασεία καὶ ἢ ψιλή,* expl. *οὐδ' adverbium negandi levi spiritu adnotant.*
- II. (ff. 10, 12-14) Rhetorica quaedam. Inscr. *Περὶ ὑποπεπτωκότων εἰδῶν τῶ ὀνόματι.* Inc. *Ὑποπέπτωκε δὲ τῶ ὀνόματι ταῦτα ἃ καὶ αὐτὰ εἶδη προσαγορεύονται,* expl. *διαφέρει δὲ ἀριθμητικὸν τακτικὸν ὅτι τὸ μὲν τάξιν μόνον ἐπαγγέλλεται, περὶ ἀριθμοῦ οὐδὲν λόγον ποιεῖται· τὸ δὲ ἀριθμητικὸν τὸ ἐναντίον τάξεως λόγον μὴ ποιούμενον.*
- III. (f. 11<sup>r-v</sup>) Mensium nomina, lingua graeca descripta, *Αἰγυπτίων, Ἀσκαλωνιτῶν, Ἀντιοχέων, Μακεδόνων, Ἑβραίων, Βιθυνῶν, Κυπρίων, Καππαδόκων, Ἀθηναίων.* Praecedit quoddam etymon, inc. mut. *possent, γορῶνα dicta sunt ἀπὸ τοῦ πόποι, quod Thracum lingua divi appellantur.*
- IV. (ff. 15-25<sup>v</sup>) Narratio de S. Macario Romano. Inscr. *Διήγησις περὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Ῥωμαίου. ὀκτωβρίῳ κγ'.* Inc. *Τρεῖς τινὲς ἡγιασμένοι γέροντες σέρμιος ὄγιος καὶ θεόφιλος,* expl. *ἐκδιηγούμενοι πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Μακάριον* (exstat in Synaxariis die Oct. 23, BHG 1005 m).
- V. (ff. 27-28) GREGORIUS NAZIANZENSIS, In Basilium Magnum epitaphia. Inscr. *Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἠρωελεγεῖα εἰς τὸν τάφον τοῦ ἁγίου Βασιλείου.* Inc. *Σῶμα δίχα ψυχῆς,* expl. *τῶν ἐπιγραμματίων θεῖε δνοδεκάδα* (P. G. 38, 72-75).

### 137. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 194.

Chart., saec. XIV, mm. 382 × 282, ff. 198 n. n., lineis variis.

Codex pulcherrimus, Constantinopoli ut videtur ortus, fusco pigmento, mea sententia a Neophyto monacho (VOGEL-GARDTHAUSEN, *Die griechischen Schreiber ...*, p. 332) nitide perscriptus, memoratu vere dignus, cum florum et herbarum

imaginibus 477 variis coloribus exornatis conspicuus sit. Nam uniuscuiusque folii recti et versi partem maiorem turpicae occupant, minorem autem textus, quem post herbas pictas additum esse mihi persuasum est quod, cum longior descriptio sit, in spatiis vacuis inter flosculos et foliola et ramos ita verba inserta sunt, picturis intactis integrisque relictis, ut aliquandem verba singula in duas vel tres partes dividantur. Quae quidem fuerit antiqua ratio fasciculorum, notis numeralibus constantissime carentium, distingui haud potest. Foliorum subputatio, numeris arabicis in angulo superiore externo saec. XVII ni fallor inscripta, nunc fere evanida est. Uniuscuiusque plantae nomina graeca, vel maximis litteris sine accentibus vel minutis, saepiusve utroque modo, librarius ipse rubro colore adpinxit. Nescio utrum eadem an altera manus nomina arabica exaraverit. Officinarum chartariorum signum unum saepissime invenitur: circuli duo linea recta secti (BRIQUET n. 3165).

Codex, quamquam nihil certi adfirmare licet, initio folia nonnulla amisisse videtur, si eum comparamus cum illo praestantissimo Dioscoride Vindobonensi Med. 1 (olim Constantinopolitano) e quo noster usque ad f. 179<sup>v</sup> originem duxit: nescimus autem quot folia in fine interciderint. Liber tamen, fere disiectus et obscura lege saec. XVII compactus, postquam in ordinem suum quantum potui summa cura restitui, in monasterio S. Mariae Prataleae, vulgo *S. Maria di Praglia* (cuius sigillum exstat in postremo folio custodiae loco adposito) resartus est et interiores fere omnium foliorum margines recenti membrana refecti sunt. In priore plantarum serie ordinanda me tamen maxime adiuvit vel laudatus codex Vindobonensis vel recta subputatio graeca singulis imaginibus rubro colore saec. XV-XVI adposita: ad alteram seriem recomponendam, cuius singulae herbae enumeratae sunt cum iam foliorum ordo perturbatus erat, mihi suppeditavit codex Vat. Chis. 53, qui saepe cum nostro cohaeret.

Unde vel quomodo codex in Italiam pervenerit, satis non constat. Saec. XVII ineunte I. PH. TOMASINUS (*Bibliothecae Patavinae Manuscriptae*, Utini 1639, p. 138) Patavii eum inspexit in bibliotheca Johannis Rhodii, medici Magdeburgensis et ita descripsit: *Dioscorides et Stephanus Atheniensis de pharmacis ordine litterarum. Graece (olio) c(hartaceo)*. Medicus idem nonnulla latina vel italica plantarum nomina addidit: quod nemini dubium esse potest, si scriptura nostri codicis cum cod. Patavino Sem. 195 manu eiusdem Rhodii exarato comparatur.

Integumenti tabulae corio castaneae coloris nuperrime contectae sunt.

Herbarium Dioscorideum (cfr. E. MIONI, *Un ignoto Dioscoride miniato: il cod. 194 del Seminario di Padova*, in «Libri e Stampatori in Padova. Miscellanea di Studi Storici in onore di Mons. G. Bellini», Patavii 1959, pp. 345-376, tabb. 5; E. MIONI, *Un nuovo erbario greco di Dioscoride*, in «Rassegna Medica: Convivium Sanitatis», XXXVI (1959), ff. 169-184 cum 15 tabulis variis coloribus: qui duo libelli in unum volumen colligati sunt [Patavii, 1959]):

1. (ff. 1-179<sup>v</sup>) Series prior, quae 394 herbas pictas retinet. In unaquaque pagina saepius una planta, rarius duae describuntur: primum recensentur nomina quibus tum graeci tum peregrini et barbari eam adpellabant, postea textus sequitur quo herbae pictae proprietates enarrantur. Cum iam in op. laud. singulas herbas recensui, ne nimio taedio lectores fatigem, omnia singillatim ac distincte non persequar. Tamen praeterire non possum quin in textu exarando Neophitus

librarius recensionem breviorē, ordine litterarum redactam, descripserit, artissime coniunctam cum cod. Par. gr. 2183 vel cum Marc. gr. 271 (cfr. *Pedanii Dioscuridis Anazarbei, De materia medica libri quinque*, ed. M. WELLMANN, vol. 3, Berolini 1906–1914). In tabulis pictis autem codex Patavinus tantum cum Vindobonensi Med. 1 (cfr. *Dioscurides. Codex Aniciae Iulianae picturis illustratus*, praefati sunt A. DE PREMERSTEIN, C. WESSELY, I. MANTUANI, Lugduni Bat. 1906, inter «Codices graeci et latini photographice depicti», duce Scatone DE VRIES, tom. X–XI) consentit ut procul dubio pingendi artifex vel in minimis hunc imitatus sit et a novis figuris omnino abstinerit. Quae cum ita sint, si consideramus nonnulla folia post saec. XIV in utroque codice desiderari, hoc saltem enumerare licet, quae quotque folia et herbas noster amiserit. Igitur in codice Patavino, cum unum folium singulis locis effluxisset, desiderantur post f. 1 ἀλόη, ἀλθαία, post f. 37 γλήχων, γυνγίδιον, post f. 149 σκόρδον ὁμοίως, σαραπίας, post f. 160<sup>v</sup> τράγος ὁμοίως, τιθύμαλλος χαρακίας, post f. 171 φακός, φακός ἐπὶ τῶν τελευμάτων. Ob duorum foliorum casum post f. 61<sup>v</sup>, desunt θρίδαξ ἡμερος et ἀργία, θύμβρα, θαιρία et post f. 165<sup>v</sup> τιθύμαλλος ἡλισκοπίος, τιθ. παράλιος, τρίφυλλον, ἐπήκοον. His rebus praemonitis, ne quis minimi pretii nostrum codicem iudicet, ad ultimum dicam Patavinum, in hac vel in altera serie non minus quam 31 herbas cum tabulis pictis retinere, quae olim etiam in Vindobonensi fuerunt et nunc effluxerunt. Prima herba ut in Vindobonensi est Ἀελζωον τὸ μέγα, extrema ὤκιμον.

2. (ff. 180–200<sup>v</sup>) Series altera, quae 83 herbas pictas retinet: in unaquaque pagina (f. 184<sup>r</sup> excepto) duae herbae recensentur. Haec pars, quamquam saepe cum Vat. Chig. 53 consentit, tamen quae quotque folia amiserit nobis dicere non licet. Prima herba est Ἀ(μωμον), extrema ὤκιμον.

138. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 305 (olim B 6).

Membr., saec. XV, mm. 118 × 84, ff. III, 48 n. n., lineis plenis 14.

Eleganter exaratus fasciculos quinque retinet, quorum δ' quaternio, ceteri quiniones sunt, in extremo margine ultimae uniuscuiusque paginae litteris graecis subputati. Tituli et litterae maiores rubro pallescenti colore. Folia tria codicis praemissa, ff. 45–47 et extremum operculo adglutinatum vacant.

F. I insignia eleganter picta gentis Macignorum occurrunt, in f. I autem manu saec. XVI legimus: *Macigni lege quisquis es Ruberti // Hoc pacto tibi creditum volumen // Ut reddas domino celer petenti*. Hunc libellum procul dubio inspexit I. P. H. TOMASINUS (*Bibl. Patav. manuscriptae*, p. 114) qui apud Nicolaum Tre-

visanum medicum Patavii vidit: «*Theocriti Bucolica, elegantissimum libellum cum insignibus Macigni, quae exhibent duas lunas et tria lilia in trabe*».

Tegumenti tabulae corio egregie signato obrutae sunt.  
Cfr. A. MANCINI, p. 162.

THEOCRITUS, Idyllia 1. 7. 3–6. 8–13. 2 usque ad v. 27. Sequuntur, ut eiusdem carminis idyllium 14 incipiens a v. 13 ὠργεῖος κηρών, postea vero idyllium 15 (cfr. *Theocritus quique feruntur bucolici graeci*, rec. C. GALLAVOTTI, Romae 1955, pp. 245 et 316–318; vide etiam C. GALLAVOTTI, *Per l'edizione di Teocrito*, Accademia dei Lincei, «Bollettino del Comitato per la preparazione dell'Edizione Nazionale dei Classici Greci e Latini», N. S., I [1945], pp. 21–39).

139. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 309.

Chart., saec. XVIII (a. 1731–1733), mm. 304 × 210, ff. XI, 264, lineis plenis variis. Codex, multis libellis compositus, particulas graecas, quae infra describuntur, tantum in extrema parte retinet.

F. II inscr.: *Manuscritti quasi tutti autografi dell'Abbate Jacopo Giacometti, dall'Abbate Angelo Babolin Nipote di lui donati alla Biblioteca del Seminario di Padova unitamente al ritratto di lui eseguito al naturale*.

Membranis compactus in dorso hanc inscriptionem praebet: *Jac. Jacobetti Mss. lat. gr. et it.*

I. IACOBUS IACOBETTI, Opera graeca:

1. (ff. 245–246<sup>v</sup>) De moribus versus elegiaci, ex Aristotelis libro Rhetoricae altero. Inscr. Ἐκ τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους ῥητορικῶν βιβλ. β'. Τὰ περὶ ἠθῶν ἐμμέτρῳ λόγῳ συναρμωσθέντα: <sup>1</sup> Ἡθὴ νεότητος, vv. 20, inc. Ἡθεα παφλάζει νεότης ὡς κῆμα θαλάττης; <sup>2</sup> Ἡθὴ γήρατος, vv. 20, inc. Ἡθεσι μὲν νεότητων ἀντία γήρας ἀμειβει; <sup>3</sup> Ἡθὴ ἀκμάζοντος, vv. 10, inc. Ἀκμάζων νεότητι; <sup>4</sup> Ἡθὴ εὐγενῶν, vv. 6, inc. Εὐγενῆς προγόνων οὐσης; <sup>5</sup> Ἡθὴ πλουσίων, vv. 10, inc. Πλούτῳ ἐντροφάοντας; <sup>6</sup> Ἡθὴ δυναμένων, vv. 10, inc. Πλουτούντων δυνατοί; <sup>7</sup> Ἡθὴ εὐτυχίας, vv. 8, inc. Ἡθεα εὐτυχίης, expl. εὐτυχίην κατέχων.
2. Epistolae 13 (cfr. *Opuscula politioris litteraturae... Jacobi Jacobetti Patavini in patrio Gymnasio publici ethices professoris*, Venetiis 1738, pp. 155–271): <sup>1</sup> (f. 251) Ἰάκωβος ὁ Ἰακώβεττος Ἰωσήφ τῷ Στέφανῳ εὐτυχεῖν, inc. Ἐργῶδες τι ἐν ταύταις ἡμέραις (latine in op. laud., p. 181); <sup>2</sup> (f. 251<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Οὐκ εὐτελές τι (ibid., latine p. 229, graece p. 269); <sup>3</sup> (f. 252<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Ἀεὶ τοῖς φίλοις ὑπάγει (ibid., latine p. 223); <sup>4</sup> (f. 253) idem eidem, inc. Ὑπεράγει μοι χάριν εἰδότην τῶν φίλων; <sup>5</sup> (f. 253<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Ὁ φησιν Ἀριστοτέλης (ibid.,

latine p. 233, graece p. 270); <sup>6</sup> (f. 254) idem Ἰωάννη τῷ Γουαλτερῷ, inc. Ὁ Πλάτων (ibid., latine p. 240, graece p. 267); <sup>7</sup> (f. 254<sup>v</sup>) idem Ἰερωνύμῳ τῷ Ἰουστινιανῷ, inc. Ἐκ πλείστον ἤδη χρόνου (ibid. latine p. 180, graece p. 266); <sup>8</sup> (f. 255) idem Ἰωσήφ τῷ Στέφανῳ, inc. Μεθ' ἡδονῆς ἐξέμαθον; <sup>9</sup> (f. 256) idem eidem, inc. Πάντων τῶν ἀπ' ἐμοῦ πρὸς σέ; <sup>10</sup> (f. 256<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Οὐδὲ τὴν ἡμέραν ταύτην (ibid., latine p. 233); <sup>11</sup> (f. 258) idem eidem, inc. Τοῦτό γε, ὃ Ἰωσήφ (ibid., graece p. 268); <sup>12</sup> (f. 258<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Χθές, ὃ Στέφανῳ; <sup>13</sup> (f. 259<sup>v</sup>) idem eidem, inc. Ἰδοῦ με, ὃ Ἰωσήφ (ibid., latine p. 206). In epistolis 1-3. 5-6. 9-13 annus ἀψλβ' (= 1732), in ep. 4 annus ἀψλγ' (= 1733), in ep. 7 annus ἀψλα' (= 1731) subscribitur. In editis epistolae ad Joseph Stephanum, nescio cur, adespotae sunt, sed contra in codice nomen illius viri praemittitur.

II. (f. 260) **JOSEPH STEPHANI**, Epistola Iacobo Iacobetti. Inscr. Ἰωσήφ ὁ Στέφανῳ Ἰακώβῳ τῷ Ἰακωβέττῳ ἐπιδράττειν, inc. Ἐγὼ μὲν, ὃ ἄνερ. Iterum inscribitur (f. 261) epistola f. 258 (cfr. supra sub n. 11).

III. (f. 262<sup>v</sup>) **AUGUSTINUS GEORGIUS** monachus, Epistola ad praepotorem (Iacobum Iacobettum). Inscr. Ἄγαν ἀγαπητῷ ὄγε διασημοτάτῳ παιδευτῇ ἐπιδράττειν ὁ μοναχὸς Ἀδγουστίνος Γεόργιος (sic). Inc. Ἀγάσῃ μὲν τυχὸν ἴσως διὰ τι ἂν εἰς τοσοῦτον χρόνον.

IV. **IACOBUS IACOBETTI**: <sup>1</sup> (f. 263) epistola Ἰωσήφ τῷ Στέφανῳ, inc. Ἀντικείμενα πάσχω; <sup>2</sup> (f. 264) epistola anepigr., inc. Ἑλληριστικῶς γράφων.

#### 140. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 607.

Chart., saec. XVI (a. 1556-1563), in prima opella mm. 290 × 195, in ceteris mm. 310 × 215, lineis plenis 33-42.

Partes singulas plus viginti, aetate et sermone diversas, a totidem fere scribis exaratas, sine arte in unum inscite compactas, minime utile describere aestimaui: tantum tres particulas graecas, quae in subputatione recentiore continuata occupant ff. 163-227, accurate recensio.

Librarius ipse, qui tres opellas exaravit f. 186 subscripsit: 1563 1 agosto; f. 212 inscripsit: 1556 adi 6 maggio finita di copiare Gio. Francesco Mussatus; f. 213 addidit: Excussit Jo. Franciscus Mussatus an. 1581 ex edito textu anno praecedenti a Petro Victorio, Lugduni; f. 227 iterum: 1581, 26 giugno. Libri initio manus saec. XVII scripsit: Est vero codex hic Jo. Francisci Mussati manu accurate scriptus an. 1563.

Simplici membrana compactus in dorso inscribitur: *Miscellanea*.

I. (ff. 163-186) **THEO SMYRNAEUS**, Expositio rerum mathematicarum ad legendum Platonem utilium. Inscr. Θεώωνος Σμυρναίου πλατωνικοῦ τῶν κατὰ τὸ μαθηματικὸν χρησίμων εἰς τὴν Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. Inc.

Ἐπι μὲν οὐχ οἶόν τε, expl. mut. στοιχειωδῶς καὶ τῶν κατ' ἀστρονομίαν (*Theonis Platonici expositio* etc., ed. E. HILLER, Lipsiae 1878, pp. 1-119, 21).

II. (ff. 187-212<sup>v</sup>) **PROCLUS DIADOCHUS**, Institutio theologica. Inscr. Πρόκλου διαδόχου πλατωνικοῦ φιλοσόφου στοιχείωσις θεολογικὰ κεφάλαια διακόσια ἔνδεκα. Inc. Πᾶν πλῆθος, expl. ψυχῆ κάτεισιν (ed. F. CREUZER, in prolegomenis Plotini Enneadum, Parisiis 1855, apud F. DIDOT, pp. LI-CXVII).

III. **DIONYSIUS HALICARNASEUS**: <sup>1</sup> (ff. 213-221<sup>v</sup>) De Isaeo iudicium (edd. USENER-RADERMACHER, *Dionysii Halicarnasei Opuscula*, Lipsiae 1899, pp. 93-124); <sup>2</sup> (ff. 221<sup>v</sup>-227) De Dinarcho iudicium, nonnullis emendationibus et additamentis auctum (ed. laud., pp. 297-321).

#### 141. PATAVINUS, Bibl. Seminarii, 753 (olim B 7).

Membr., saec. XV, mm. 158 × 116, ff. 38, lineis plenis 14.

Ab uno librario eleganter exaratus tres quiniones et unum quaternionem retinet, quibus subputatio omnino deest. Litterae initiales rubro colore descriptae. Ff. 36<sup>v</sup>-38 vacant.

Tegumentum, corio signato obtectum, fibulas adhuc retinet.

Cfr. A. MANCINI, p. 162.

I. (ff. 1-27) **AESOPUS**, *F a b u l a e* 61, secundum recensionem Accursianam III Γ γ (*Corpus Fabularum Aesopicarum*, ed. A. HAUSRATH, Lipsiae 1957-59) hoc ordine: 9. 10. 4. 16. 23. 27. 29. 36. 21. 43. 60. 58. 64. 67. 69. 120. 134. 146. 170. 176. 183. 216. 223. 116. 235. 133. 26. 256. 244. 115. 113. 55. 79. 275. 74. 122. 59. 286. 273. 114. 276. 54. 287. 137. 89. 190. 84. 253. 154. 147. 163. 100. 152. 28. 284. 285. 51. 289. 239. 117. Extrema est *περὶ λύκου καὶ γερᾶνου* (Halm 276 b).

II. (ff. 27<sup>v</sup>-36) pseudo-phocylidea (*Anthologia lyrica graeca*, ed. E. DIEHL, I<sup>2</sup>, 2, pp. 94-114).